



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Noremburgæ, 1523**

**VD16 K 320**

51 Item, Suffraganei excoditauerunt, vt solum ipsi ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

interdictorum feueritatem recurrunt ecclesiastici, nec prius publica Christianorum redintegrant officia, q̄ ciuium vniuersitas cimiterium denuo magna pompa, grauiusq̄, nec profecto minoribus impensis consecrari curauerit, q̄ primum, vt prædictum est, ex prophano redditus sit sepulturae is locus sacer. Quæ omnia in caput tandem redundant laicorum.

Item, Suffraganei excogitauerunt, vt solum ipsi, & nullus alius sacerdos, laicis campanas baptisent: credunt deinde simpliciores ita affirmantibus suffraganeis, tales campanas baptisatas, demones & tēpestates pellere. Quapropter innumeri plerūq̄ adhibentur compatres: præcipue vero, qui fortuna pollent, exorātur, qui baptismationis tempore funem qua campana religata est, tangunt, ac Suffraganeo præcinnente, ( quemadmodum in paruulorum baptismatione fieri solet ) omnes pariter respondent, ac campanæ nomen ingeminant, vesteq̄ noua, quæ admodum & Christianis fieri solet, campana induitur. Inde ad sumptuosa properatur conuiuia, quibus præcipue compatres, vt eo largius munera offerāt, adhibentur, nec non suffraganei & eorum capellani cum multis alijs ministris regaliter pascuntur. Nec hoc satis est, sed & suffraganeo mercedem persoluere necesse est, q̄ illi munusculum vocare solent, inde euenit, vt aliquando etiam in paruis vilis centum floreni in tali absumantur & expandantur baptismatione: quæ res non solum superstitiosa, sed etiam Christianæ religioni contraria, ac simpliciorum seductio, & mera est exactio. Veruntamen Episcopi, vt suffraganeos vel vilissima oberare possint mercede, talia & adhuc absurdiora tolerant. Res igitur tā nephāda & illicita merito aboleri debet. Ceterum si conducere videtur, vt campanæ consecrentur ( ita enim Suffraganei baptismationem appellant, quoties a prudentioribus de hac re interpellantur. ) conueniens erit, vt talis consecratio per vnūquenc̄ sacerdotem: quemadmodam

E



et aqua benedicta, sale, herbis, & similibus fieri solet, idque absque precio & expensis laicorum, ne populus simplex ita educatur, & damno afficiatur, nec non auariciae detestandae praesumptio euitetur.

### QVEMADMODVM DE NOVA SANCTI

cuiuspiam celebritate partem petant oblationis.

- §2 Deinceps, si forte per diocesim episcopi alicuius noua effertur Sancti celebritas, ad quem passim concursus fit, tum episcopi aut praelati eo loci, oblationum omnium tertiam, aut certe quartam partem sibi vendicare praesumunt. Quod tamen domestica eorum, nempe canonica iura, eis non permittunt, quin oblata illa pecunia, potius ac merito, pro totius Christianae reipub. necessitate, ad contrahendum militum manum, parandamque expeditioni bellicae com meatum contra Turcas usurparetur, aut certe in proximi verteretur necessarios usus.

### QVO PACTO ILLICITAM A PRAEPOSITIS

monasteriorum deo dicatarum virginum petant pecuniam.

- §3 Item, quum monasteria aliqua deo dicatarum virginum, per praepositos, seu praefectos gubernentur, qui tamen ad libitum officio hoc moueri possunt: neque enim perpetua est haec praepositura, attamen episcopi, acceptioni aut missioni praepositorum, prius consensum suum adhibere recusant, quam a monasteriorum deo deuotarum, simpliciumque puellarum pecuniae aliquid numeratum fuerit.

- §4 Item quum Abbas quispiam, aut abbatissa eligitur, conunguntur iterum per suffraganeos consecrari, licet antea ut monachi & moniales satis superque sint consecrati, Suffraganeorumque cum suis regie excipere & pascere, ac insuper tam muneri loco, magnam persolucere pecuniam. Quae res non in paruum damnum cedit monasteriorum, sed etiam illorum, quibus monasteria illa sunt subiecta. ¶ Insuper Pontifices summi multa ac varia in curia Romana excogitarunt officia, quae